34.6.G.5.

DE SANCTO FAMIAN
Colonienſi Galleſij Patrono

BERNARDINI DIANI

ORATIO HABITA

In ſolemnibus ſacris quæ ad eius honorem Gall
In Aede Vbi Sancti corpus quieſcit

VENERAN. CLERO ET GALLESII MAGISTRATIB
Populo Faliſco & Sabino Præſentibus ſunt celebrata
Anno Salutis MDCVIII. ſexto Idus Sextiles.

AD IO. ANGELVM
AB ALTAEMPS

Ciuitatis Galleſij Ducem & Terræ Suriani &c.
Marchionem Ill.mum & Excell.mum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ. 1608. *Superiorum Perm*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILL.MO ET EXCELL

PRINCIPI

IO. ANGELO AB ALTAEM

DVCI CIVITATIS GALLESII,

Marchioni Terræ Suriani &c.

BERNARDINVS DIANIVS FELICITATEM

SEMPER quidem, Princeps humaniſsime, haud iniuſtum metu
tiunt ea, quorum pro dignitate, & meritis dici non poteſt: & quia
rum Dei, qui mirabilis eſt in ſeruis ſuis, vitæ curricula, ampl
ſpem auferunt magnitudine ſua, nemo quippe ſe talem aperiet, eu
tebitur, vt vel minimam animi dotem, ex Illis conceſsam alicui,
valeat aſſequi: verùm in ſua manu quod eſt, ſibi vt obſequatur,
do, nullius contumaciæ nota ſuſpectus habebitur; ſic ego commod
quippe qui fiderem animi tantum habere, vt Sanctiſſimi F A M
vitæ curriculum, emeritis laudibus valerem efferre, at in illum non vulgare ſtudium
indicaturus, tantam Prouinciam aggredi non recuſaui, quòd ſi illud aſſequi non valu
certè conſequar. Nec de eligendo præſtantiſſimo viro, cui hoc meum Opuſculum dicare
mihi fuit deliberandum; Id enim Tibi potiſsimum deberi, res ipſa quodammodo loqu
etenim cuius in ſinum erat illi confugiendum, niſi in Tuum? vt Cuius eſt eximia P
hoc præſertim genere venerandi, laudandiq; aſſidua ſimphonia ſanctorum reliquias, &
ſimum regimen ſuſtinet Galleſii Ciuitas, cuius eſt F A M I A N V S *Cæleſtis Patronus, e*
ctoritate defenderer ego in hoc primulo partu ingenij mei, cuius doctrina ſi ad caſtigat
benigniſſimas, cæteroqui tuas aures non obſtrepuerit fortè, illud vnum Te velim orat
quantùm huic præconio detrahit leporis, et gratiæ, dicentis tenuitas, tantumdem aucto
de quo ſermo eſt, memoria apud Te conciliet fauoris.

Addo & illud, Illuſtriſſime, quod caput eſt, & potiſſimum, quia Inclytus F A M I
quem mihi pro viribus celebrandum accepi, Oriundus eſt ex Germania, in qua celeb
nominis, & Religione conſpicuus maximè tenet abſolutum Imperij clauum, ſanguinis
te Tibi coniunctus Illuſtriſſimus, et Reuerendiſs. VVOLFANGVS THEOD
GVS *Dei gratia Archiepiſcopus* SALISBVRG *Apoſtolicæ Sedis Legatus*
re, cuius vitæ integritas, & præclariſſimè geſta in oculis mortalium ita vigent, vt o
cunda, qualia volumus, & precamur, honorumq; ſummam, & dignitatum, Ei ſperare p
in talem, ac tantam virtutum ſuarum fiduciam adducit ſingulos, & inclinat; A prælo
lud de meo ad Te mitto, & læta fronte, vt ſoles omnia, ſuſcipe, meq; compendij cauſ
lentiæ Tuæ dedo in perpetuum famulitium. Valeas, & in omnibus Tibi reſpondeat D
Datum Galleſii VI. Idus Sextiles. MDCVIII.

Excellentiſsimæ Celſitudinis Tuæ

Obſeruantiſsimus

Bernardinus D

A 2

ANCTI FAMIANI
COLONIAE
CELEBERRIMÆ CIVITATIS
LAVDATIO.

BERNARDINI DIANII.

SI quam, in anni curriculo, magnifico ſumptu, apparatu non vano, ve-
neratione non parua, celebrando veneratur feſtiuitatem, Galleſij Ciui-
tas, Illuſtres, & Reuerendi admodum Domini cæteriq; nobiliſſimi vi-
ri, hodiernam ſanè celebritatẽ anniuerſariam Sanctiſſimi Famiani ſui
Patroni, in ſingulos humiliter Hominem exorantes; tanta ſcatentis mi-
raculorum profuſione, vt nullius precibus locum relinquat, ſui voti
compotes reddat omnes adunum, habet, vt verè præſtat, ea ſolemnitate
concelebrare, tali efferre pompa, & apparatu, vt cæteras omnes oppidò
ſtudeat antecellere, nulli parcat ſumptui, nullum intermittat laborem,
illa modò, ſua pro facultate, honore facili concelebretur: & quidem qua-
ircumfertur obtutus, præſtiti cultus argumenta cernuntur, ſtrata namq; iacent paſſim
ulæa; adolent pia thura focis: intentæ, vehemẽteſq; ab imo pectore, ſuſpiriis, & lacri
ſi verborum, ſententiarumq; floribus cõſperſæ preces funduntur, ſupplicationes vbiq;
Hoſtijs nullum vacat Altare: reſonant harmonici cantus, & ſimphoniæ, tantoq; hoc au-
num Templum ætatum omnium cõcurſu completur, & è remotiſſimis terræ partibus
luunt gentes, vt ipſimet colles, ipſamet Faliſcorum, & Sabinorum mœnia, ſi natura pa-
ſedibus ſuis relictis, huc dubio procul concurrerent, tantum, exiſtit ob præſentẽ diem,
ne gaudium, quod in omnibus redundare, & foras erumpere mihi videtur, ore, oculis,
s. & quis à dicendo ſe ſe cõtinuiſſet? vt enim ſilere haud eſt facile, dum cruciaris, & do-
nè arduum nimis, & perdifficile non verba facere, dum animus gaudio præoccupatus,
; Quare ego tanta deuictus communi hilaritate, & penè dixerim ebrius factus, memet
e non potui, quin aperirem in oculis veſtris, concepti gaudij partem, ſanctiſſimam vi-
niani, Diuini Amoris, ſtudioſiſſimi viri adumbraturus dicendo confidens vos interea
ra benignitatis veſtræ fulturos quamcumq; orationem lingua noſtra contexerit.
quid ad inflãmandum Amorem, momenti plurimũm habet, in quatuor diuiditur par-
nim nos Amore complectimur, aut amicos, vel Patriam, vel propinquos. Nos ſuapte
iligimus; ab Entis enim illa immẽſitate docemur, vt melius nobis eſſe malimus, quàm
nicis nos coniungit æqualitas, quare extat diuina illa Parœmia græcula φιλος ετερος εγὼ
s alter ego, & præclarè vt omnia Euripides in Andromacha.

Digitized by Google

Οὐκ ἔστι γὰρ ἐν φίλοις ἴδιον, ἀλλὰ κοινὰ τὰ φίλων

Οὐδὲν τούτοις ἀλλὰ κοινὰ χρήματα

Nam verè amicis proprium, prorſus nihil,

Sed inter ipſos, cuncta ſunt communia.

Charitas Patriæ, quam veneramur loco parentis, propinquis verò lex ſanguinis cōciliat. C
rum omnium licèt vnus, & indiſſolubilis appareat nexus, attamen ab vno fonte ni ſcateat
quam ab immenſitate Amoris, ſum naq; boni profuſione, redeantq; ad ſuum principiu
iterum fluant, arduum eſt diiudicare, an vnà in ſimul valeant eſſe coniuncta; noſtræ nam
turæ terminus ſic præfinitus videtur, & iis illa coarctata quaſi cancellis, vt vix duo fideli a
tiæ vinculo viuant connexi, tantum abeſt, vt dicta omnia opere magno non odiſſe poſſi
Multos quidem fuiſſe legimus, qui in gratiam ſui ſtudioſorum ardua nimis, & perpeſſu a
paſſi ſunt, fortunis, & capite periclitati, & in vltimum diſcrimen adducti, & ante omnes,
celebre quidem par illud ſpectatiſſimæ amicitiæ conciliatæ inter Pythiam, & Damonem
mo Iure Principatum ſibi vindicare mihi videtur. Horum altero A. ſuſpendendo, prodit
opinione, ſubeundæ mortis alter factus eſt vas, donec ille ad ſua componenda proficiſcere
& hora per Tyramnum conſtituta reuerſus, dimidium animæ ſuæ præſtitum vadem liber
rus, Syracuſanorum omnium mentes, & Dionyſij præſertim admiratione tanta compleui
nouæ fidei remiſerit capitale ſupplicium, atq; vtinam inquit, amicitiæ veſtræ tertius aſc
rer ego, & verè, vel potentiſſimo, cuiq; erant expetendi familiares huiuſmodi, quorum
pro amico, alter pro fide mori conſtituit. Quid dicam de iis, qui ſe pro patria deuouerunt?
tus primò Gōſul, ne violaret memorabile illud dictū Ἀμύνου περὶ πάτρης ...
... ἀλλότριον, idest, pugna pro patria, cuius fumus luculentior eſt, quàm flamma ali
mortali vulnere fuit proſtratus, proq; ſua in Patriam nō vulgari dilectione, cum Arunte ſu
bi filio, pro illius occubuit libertate. Quid de Curtio Romano, qui, & animi, & generis no
ſimus adoleſcens, militaribus inſignibus ornatus, conſcenſum equum, eūq; vehementer ad
tis calcaribus concitatum (ò pietas) in vaſtiſſimum Terræ hiatum egit præcipitem, ne ſolo a
quaretur Reſpublica, ſed perpetuò ſtaret? nec illo inferior Publius Decius; latino namq;
lo Romanam Aciem cum inclinatam penè, & proſtratam videret, palabundus, intrepidus
in medios hoſtes, Patriæ ſalutem, ſibi mortem petens ex cuius vulneribus, & ſanguine, inſp
ta, & deſperata emerſit victoria.

Quem eſt imitatus fideliſſimus in patriam ſuam Pomponius ille, qui in bello Mithrida
traiectus multis vulneribus, ab rege interrogatus, nū, ſi eū curaret, vellet ſibi amicus eſſe, ſi
inquit ille; Romanis amicus fueris, me quoq; habebis amicum. ò maſculā vocē, & nullo
ne præſentis quidem occaſus exterritā. hic amor, hæc pietas. Prædicatur etiam inſignis non
lorum pietas erga parētes qualis memoratu digna videtur, quam erga matrē ſuam præſtitit
tiſſimus ille Coriolanus. Incredibili fortitudine, ſummoq; cōſilio vir iſte præditus. A.
mè meritus de Repub. quā actis, auctiſq; rebus ſuis reddiderat perilluſtrē, ingratiſſimam
expertus, magno cum Patrū angore ab Vrbe eiectus, ſeceſſit in Volſcos, apud quos mira
auctoritate, in Romanos extēplo conflati belli obtinens principatum, ſolo multis oppidis
quatis; multis ſub imperium ſuum adiunctis: incendio cęteris deuaſtatis: ipſam met Vrbem
cendio depopulaturus accedens, reiectis legatis, cum infulis miſſis ſacerdotibus non aud
vni, & ſoli matri, iram ſuam remiſit, & quod non valuit exorare legatorū ſublimitas, Deo
reuerentia nō expugnauit, ſola materna pietas eſt operata, eo proclamante. Expugnaſti inq
& viciſti irā meam. Dicerem & de Africæ domitore, niſi vobis omnibus conſtaret liquidò
tis; Romanæ Reipub. quāto emolumento fuerit virtus illius; hoſtibus quanto terrori, ſibi
æternæ immortalitati, qua nunquam intermorituram gloriam eſt conſecutus. non ſum occ
tus in commendabili pietate Manlij Torquati erga parentem in ſe plus iuſto proteruè ſeu
& durum, cuius amore, tanto virili robore, Pomponium tribunum plebis ſtricto gladio m
tus eſt, vt hominem conceptis verbis iurare compulerit, à patris ſui accuſatione ſe receſſur
Lubens etiam omitto cæteros, æterna quidem memoria dignos: ſed ſolùm ij, qui diuino a
re incenduntur, & æſtuant, tantum hauriunt ex illo fonte, amorem, vt inde in propinquos
iunctio, in parentes, & patriam pietas, charitas in omnes, in amicos perpetua animorum
litas, noſtrę ſalutis, aſſidua cura ducat exordium. omnis igitur amor ex auguſto illo bono

on

Digitized by Google

...nium fonte petendus eſt, vt veri amoris fruges vberes animi proferant: quare non mirum, ...tanes illi, quorũ ſanctitas fuit inſignis, vt bona, Romanaq; fide dici poteſt de Famiano, tam ...rabilia, & noua cœleſtis amoris indicia præſeferunt; diuinus etenim amor diu celari non ...ſt, ſed erumpens dimanat latiſſimè. liceat iam nobis hoc in Fam. tanquam in ſpeculo im...æ illius claritatis intueri: aperiamus tandem hunc copioſiſſimum fontem ab ipſo amoris ...ipio profluentem.

...tiſſimus igitur Fam. habuit Patrẽ Gottiſchalcũ, Matrem verò Gitmerã germanos, ...a vtrinq; prognatos nobili, & honorata, & Patris virtutes, miras quidẽ, & ſingulares vxor ...mera fœmineis probitatibus adæquabat: quare tot, tantiſq; virtutibus cõmeruerunt ſuſci... filium, qui vitæ ſuæ integritate, & à paternis non degeneraret animi dotibus, & nouas bo...tes in orbem induceret. Naſcitur autem Coloniæ celebri, & potentiſſima Vbiorum ciui... ſub clementiſſimo Cœlo ad ſaluberrimum fluuium Rhenũ ædificata. & ſi ab ortu ſolis de ...uo die ad veſperam cõiectura capi ſolet, facilè qualis in omni vita Famianus futurus eſſet ...ntis infantiæ primordia indicarunt. Ita enim exorſus eſt vitam ſuam, vt à puero ...x natus videretur, in faſciolis ipſis parciſſimè lactens. ò felix, & auſpicatum principium ...ã m præclarè poſitum educationis exorſum. quid ab eo ſperari non poterat boni, qui virtu... ſuarum ſpecimen abſtinentia, & carnis maceratione, in ipſo met huius lucis ingreſſu com...it? & perbellè quidẽ à carne primũ ſuppliciũ ſumpſit; nam ἡ σὰρξ ἀρχὴ τῆς ἁμαρτίας ... ἡμῖν ... ἡμᾶς κακούς .i. Hæc caro principium peccati, & caro noſtra facit nos malos. ...upeſcere ad hæc parentes, mirabantur nutrices, & huiuſmodi parſim oniam accipiẽtes, ce... ...dam de Chriſti præcurſore Io: meritò dictum fuit, non iniuria de Fam. dicere ... νομίζει ... ἡ παῖς ἔσται? .i. Quis putas hic puer erit? id autem cum eſſet ætatis, qua innatus amor, & ...æ fidei defendendæ accenſa cupido magnos profectus facere potis eſt, nouo dilectionis ge... ...cœpit amare, ſi tamen incipere dicendus eſt is, quo cum vel in ipſa Natiuitate diuinus ...is eſt Amor, in infantia adultus, emerſit in Pueritia. Qua in ætate, habitu ſeculari depoſito, ...cali indutus eſt, victrici ſigno noſtræ Redemptionis in planitie pectoris ſuperimpoſito, vt ...es magis, magiſq; in diuinum raperetur Amorem, ſemper Chriſti Vexilla cernẽdo: & mu... membris externè, intus facta ſunt corda flammantia; Deum etenim in Crucis viſione ge...s, per Amorẽ ardebat ſuauiter: Vtq; peculiare eſt charitatis, omnes homines ſibi quaſi pro...uitate coniunctos aſciſcere, nihil agere, niſi tendens ad dilectionem; Ita Famiani proprium ...omnibus, & ſingulis opitulari, conſolando, aut conſilio, aut re iuuando. Ferre Parentes in ...is, & quippe, qui ab illis eſſe acceperat naturale ... ἵνα ... γὰρ αὐτὸ ... .i. Cupidus par pari referre, vt beneficium beneficio reſpondeat, in argumentum ...utionis, diuinam gratiã in illis adaugendam ſummopere precibus contendebat. Eiuſdem ...ti, vehementeſq; rogatus, quos ad Deum fundebat pro Patria, tanti filij in illam, nõ ſecus ...alteram Matrem teſtatur amorem. Socios diligebat ita, vt nulla temporis, vel laboris ha...ratione, pro illorum ſalute defatigaret. Quod nam non arripuit iter, vel languido corpore, ...egritudinibus ſanandis animorum, & corporum? quem deuium non reuocabat in viã? ſe ...oderat potius, vt Chriſtum diligeret, humanis remiſit nuncium, vt cœleſtia lucrifaceret, ...digebat illud nimirũ, Nõ poſſe inſimul eſſe Cœlum, & cœnum; & ex diuina Cypriani do...a, Nil ſtultius eſſe, quàm Deum, & mundum velle amare, & vno oculorum coniectu, Cœ... & Terram aſpicere, quam ſcientiam comprobauit, & vita; humanis enim repudiatis diui...ntum eſt conſecutus amoris, vt nihil mente ſua conciperet, quod non tenderet ad Amorem ...loqueretur, quod non oleret amorem: nihil operaretur, quod ſolius amoris cauſa factum ...uideretur, ac primò quidem ſuorum omnium bonorum prolubium illud, vnde duxit exor... ...niſi ab exuberanti illius in Deum amore? quo factus, vndequaq; cordatus, feruentiſſima ...etate, cuius igniculi emicabant in vultu ... .i. in oculis eſt animus, ...ntti non porrigebat dexteram ſuam: detentos in vinculis viſitabat: mendicos, & Iudæas ...rli pecunia ſubleuabat: puellas honeſta mercede locabat: Monaſteria ad Virgines Deo di...s, à primo lapide erigenda curabat. eam deniq; vitam degebat, vt alijs potius quàm ſibi ...t videretur. Et quia vt maior lux minorem, ita minoris voluptatis ſenſum, perceptio ma... ...extinguit, diuino ſpiritu verè guſtato, euanuit apud illum omnis caro. Quare humanis cal...n & terrenis hiſce illecebris deſpectis omnibus, Parentibus etiam de Chriſti cõſilio dereli...is

ctus.

...ores greſſus,iter pium contendit,Colonia Romam ad Apoſtolorum limina,cætera
Baſilicas Vrbis. Lauretanas ædes,nec intermiſit, & lutulenta,vel æſtuāte via ad omnem fa
cœliq; morſus bis ternis annis exactis peregrè,indefeſſus adhuc ad Compoſtellam ſe ſe dirc
tanto ſcilicet deſiderio tenebatur,Diui Iacobi viſendi. Qua in via per triennium ſuaue iug
ſubijt,& diſciplinam Sancti Antonij Abbatis,de cuius exinde venia , prædicti Apoſtoli Sa
reliquias veneraturus acceſſit. In qua morula,cogitatione quis aſſequi poſſet mutuos illos c
greſſus,& diuinos tantorum Virum affatus? equidem ad hoc excito mentem meam, Noſtru
qui adhuc in via,conſolari à comprehenſore Iacobo dicente, Euge ſerue bone, & fidelis , c
fortare, & eſto robuſtus, ac valens, donec colligas manipulos tuos:viciſſim Famianus ad
ò Te feliciſſimum, qui perenni gaudio cumularis,qui infeſtiſſimis humanæ ſalutis inſidiat
bus eſuperatis, Victor cum gloria factus , reuelata tandem facie contemplaris incompreh
bilem illam boni profuſionem,conceptacula vera diuitiarum,immenſitatem amoris. Cæ
expendite vos A. & animo contemplamini ardentiſſimæ charitatis exæſtuantia reliqua ve
prolata;hæc enim piè cogitari poſſunt,exprimi ſatis non poſſunt,& ad nullum tempus,me
dice,inde ſe ſe recipere voluiſſet; ſed quia hominem maiora preſtolabantur , ab adeo dulci c
loquio recedens, & fideliſſimo, pijſſimo, cæteroqui preſtito famulatu annorum quinq; ſu
viginti in Eccleſia Sancti Pladi,& SS. Coſmæ,& Damiani, Ciſtercienſem Religionem pr
ſus, Superioris permiſſu,monumētum ſalutis noſtræ, pignus Redemptionis noſtræ, Ieſu C
ſti dico Sepulchrum adiuit,& annis quadraginta,eòq; amplius ſanctiſſimæ peregrinationi
xactis,corpore ingraueſcens,ſedēte Eugenio Tertio retulit pedē ad Vrbem, vbi cum dulci ſ
no recrearetur,ab Apoſtolis monitus fuit de tranſeundo in Galleſij Ciuitatē,in qua corpus
nec immutaretur, terræ deponeret,ſpiritum verò traderet Deo. Quibus acceptis,nulla facta
poris intercapedine ad te profectus eſt ò Galleſium, & vix attigit tuos fines, cùm te ſupe
gratijs occœpit impartire; Nam vt alter Moſes,laſſus ex itinere,quem inſederat toſum, vi
rio baculo percuſſum,perennis aquæ,naturæ præter ordinem,reddidit fœcundiſſimum: De
pro tanto munere gratijs actis, hucuſque cum perrexiſſet, humaniter exceptus eſt ab Aſch
quodam indigena,& celebri viro:animus verò factus impatiens ſuſtentationis illius , & ta
tatis,vti quantocyùs ex hoc veluti carcere ſolutus ad ſuum Conditorem aduolaret,leni mo
vt corriperetur; obtinuit,& tanquam conſumptus ignis extinctus , ſexto Idus Auguſti,
dormiuit in Domino . O ſextiles Idus, quàm acerbam lucem reliquiſtis Galleſio, qua
theſauro denudaſtis Galleſij Ciuitatem: Ibi cernere erat & gemere A. frequentiſſimum P
li factum Conuentum. & Clerum omnem præ dolore, profuſiſſimis lacrimis deploraſſe m
illius, & imitando pium affectum aſſati Laurentij,in Sixtum Pontificem, Quò abis,diceb
Pater, Cur nos Orphanos dereliquiſti? & re quidem vera, mors illius,ſi eorum ſortem reſ
mus,luctu maximo,lamentatione perenni,ſin ipſum ad Beatarum illarum Mentium coh
qui depoſita corporis mole, migrauit actutum,ſummo cultu, gratulationibus, vt cum max
proſequenda fuiſſet. Nunc ſatis intelligo ò Famiane, cur quotidie virtutis augumentum fi
haud enim poteras mediocrī virtute eſſe contentus,qui effigiem venuſtatis diuinæ , in pla
cordis impreſſam, Crucem verò geſtans *in corpore* , illud vnum ſtudebas,vt nimirum, ad
normam effictus, illi quo ſimilior eſſes, eò arctiori vinculo copulareris.

En ergo A. vt dicendi vela colligam tandem, En inquam vberrimas fruges à Famiano
ceptas ex intimo ſuo in Deum amore; Nam viuus nemini non erat gratiſſimus: opere max
Illius erant omnes ſtudioſiſſimi: Micuit ſanctitudine, cuius fama exortum attigit, & occa
& reddito naturæ tributo innumeris miraculis ſcatuit Sanctiſſimum Corpus . Hoſpes I
Aſcharus,ex renibus diu qui laborauerat,Sancti dexteram deoſculatus , illico factus eſt li
ſurdis auditus: cæcis oculorum obtutus eſt redditus: loripedes firmiter redibant ab Illo:
ſanguinis liberabantur fœmellæ: varijs languoribus detenti , ad Illius orantes Tumulum
bantur . Quid plura ? Si vellem vlterius progredi, & paſſis dicendi velis percurrere ſi li
pet Illius Sanctiſſimè geſta, non vnius horæ, orationisve, ſed multorum dierum, & volu
foret negocium; Dicerem enim, intra domeſticos parietes, infantes multos , & lactentes
miani meritis ab igne ſeruatos . Dicerem pueros, puellaſq; de Rupibus decidentes , a
Famiano proprijs manibus ſubleuatos, humiq; depoſitos, ab omni colliſione ſeruando.
rem, vt ſol exoriens nebulas diſijcit, vt ventus aream purgat, ita ad ſolum Famiani nomen

(Ca

irabile dictu) ad campanæ tinnitum laruatos, Dæmone inquam obſeſſos, mun...
ıs ipſis proclamantibus, Famianus extrudit, Famianus hoc præcipit, & rumore hoc cōſtau-
mo impulſus Adrianus Quartus Pontifex Maximus Dei ſeruum celeberrimum fama, Fa-
mum iuſſit vocari, cum ad illam vſq; diem Quuardi nomine nuncuparetur, Eumq; innu-
tis miraculis clarum, in Sanctorum numerum Ipſemet retulit honeſtiſſimè.
Hæc dum refero, Famianum cum laudo, tua refero, Te laudo Ciuitas Galleſina, quæ tanto
ti coboneſtata theſauro, Sāctiſſimi Famiani ſolidum Corpus ab omni corruptione illæſum
tando. ò Te felicem, ſi illud ex æquo, & bono colueris venerando, infelicem, imò miſeram,
ɔ Illius patrocinio receſſeris non orando. Aduocatum habes præcipuum apud Deum, de-
care hominem, & vnà mecum ſupplex ad illum accede. Salue facies æuiterna. lectiſſima
omni theſauro chariora, diu, multùmq; in vita quæ contendiſtis. & ad finem ſexagenaria
quieſtis, annuas, diurnas potius, lætas haſce confluentis multitudinis acclamationes, pia
vota colligite.
Tu verò Sanctiſſima Anima in Altiſſimi gremio collocata vides, huc quanta conuenerit
tium multitudo, vt Tibi, & Chriſto Ieſu gratiarum omnium profuſiſſimo elargitori, debi-
gratias agant, referre quando non poſſunt. Conſule rebus afflictis, reſpice ſupplices, exaudi
ces, lege ſuſpiria. Te ſibi aduocat, Te in auxilium conuocat hæc, tantaq; colluuies populi,
imprimis Galleſij Ciuitas; cuius publico nomine hanc meam Tibi conſecro orationem,
itis tuis perlongè quippe inferiorem; ſed quæ non ſum exequutus ipſe dicendo, præſtat
ulus iſte laudando. Suſcipe cauſam tibi quondam commiſſi Gregis, illudq; precamur, vt
s olim iam tua ſanctitudine protexiſti, apud Deum perenni prece ſuſtentes.

D I C E B A M.

E SANCTO FAMIANO

EPIGRAMMA

BERNARDINI DIANII.

HIC eſt, qui in Terris habuit commercia Cæli.
Galleſij Rector, gloria rara ſoli.
Quòd leuia humanæ contempſit gaudia vitæ,
Dignatur ſuperum conditione frui.
Hac ope tu poteris deducere munera Cœli
Iam Tibi Galleſium, funde preces ſuperis.
O Famiane Deo iunctus, ne deſpice Sacra
Annua, Galleſium, quæ Tibi concelebrat.
Da Famiane precor, culparum noxia ſolue,
Atque pio Populo, lumina fige tua.
Exaudi Famiane preces, quas pectore ab imo
Fundimus, & dones munera Sancta Poli.
Diuinæ Triadi compar ſit adorea, ſitque
Laus, & Patrono gloria Galleſij.

irabile dictu) ad campanæ tinnitum laruatos, Dæmone inquam obſeſſos, mun... ıs ipſis proclamantibus, Famianus extrudit, Famianus hoc præcipit, & rumore hoc cõſtau... mo impulſus Adrianus Quartus Pontifex Maximus Dei ſeruum celeberrimum fama, Fa... ınum iuſſit vocari, cùm ad illam vſq; diem Quuardi nomine nuncuparetur, Eumq; innu... tis miraculis clarum, in Sanctorum numerum Ipſemet retulit honeſtiſſimè.

...æc dum refero, Famianum cum laudo, tua refero, Te laudo Ciuitas Galleſina, quæ tanto ...ti cohoneſtata theſauro, Sãctiſſimi Famiani ſolidum Corpus ab omni corruptione illæſum ...ando. ò Te felicem, ſi illud ex æquo, & bono colueris venerando, infelicem, imò miſeram, ... Illius patrocinio receſſeris non orando. Aduocatum habes præcipuum apud Deum, de... care hominem, & vnà mecum ſupplex ad illum accede. Salue facies æuiterna, lectiſſima ...omni theſauro chariora, diu, multùmq; in vita quæ contendiſtis. & ad finem ſexagenaria quieſtis, annuas, diurnas potius, lætas haſce confluentis multitudinis acclamationes, pia vota colligite.

...u verò Sanctiſſima Anima in Altiſſimi gremio collocata vides, huc quanta conuenerit ...tium multitudo, vt Tibi, & Christo Ieſu gratiarum omnium profuſiſſimo elargitori, debi... gratias agant, referre quando non poſſunt. Conſule rebus afflictis, reſpice ſupplices, exaudi ...es, lege ſuſpiria. Te ſibi aduocat, Te in auxilium conuocat hæc, tantaq; colluuies populi, imprimis Galleſij Ciuitas; cuius publico nomine hanc meam Tibi conſecro orationem, ...itis tuis perlongè quippe inferiorem; ſed quæ non ſum exequutus ipſe dicendo, præſtat ...ulus iſte laudando. Suſcipe cauſam tibi quondam commiſſi Gregis, illudq; precamur, vt ...s olim iam tua ſanctitudiue protexiſti, apud Deum perenni prece ſuſtentes.

DICEBAM.

E SANCTO FAMIANO

EPIGRAMMA

BERNARDINI DIANII.

HIC eſt, qui in Terris habuit commercia Cœli.
Galleſij Rector, gloria rara ſoli.
Quòd leuia humanæ contempſit gaudia vitæ,
Dignatur ſuperum conditione frui.
Hac ope tu poteris deducere munera Cœli
Iam Tibi Galleſium, funde preces ſuperis.
O Famiane Deo iunctus, ne deſpice Sacra
Annua, Galleſium, quæ Tibi concelebrat.
Da Famiane precor, culparum noxia ſolue,
Atque pio Populo, lumina fige tua.
Exaudi Famiane preces, quas pectore ab imo
Fundimus, & dones munera Sancta Poli.
Diuinæ Triadi compar ſit adorea, ſitque
Laus, & Patrono gloria Galleſij.